



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Svmma Diana**

**Diana, Antonino**

**Coloniae Agrippinae, 1656**

Legatus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40647**

*pit de expensis ludorum. in sermonem esse, cum non adest iusta causa, ut erat in facto, quod illam constitutionem poscit. Neque dicas, Tridentinum Iess. 22. capite 6. in talibus permutationibus requirere iustum & necessarium causam. Nam ad hoc responderet Comitulus libro 7. quest. 9. numero secundo. Concilium sumere ly & pro vel, & intelligendum esse disiunctive, non copulativa. Adverte autem, iustum causam sufficere, si se teneat ex parte rei, quod daimirum commutatio fiat in æquale, vel melius. Nam causa iusta ex parte commutantis, nempe bonus finis, &c. non sufficit. Ita Sylvester v. legatum 4. quest. 11. part. 2. tractat. 12. resol. 2. De legato ad pias causas, vide V. Testamentum privilegium.*

## L E G A T U S.

*Legatus triplex. A latere, da- tivus & vocatus.* **T**ria sunt genera Legatorum Summi Pontificis. Quidam dicuntur *latere*, & sunt Cardinales, quos appellat fratres. Alii dicuntur *daturi*, qui simpliciter in legatione mittuntur. Terzi dicuntur *nati*, qui præter ex suarum Ecclesiærum legatione funguntur, & hi sunt quatuor Archiepiscopi, nimirum Eboracensis, Cantuariensis, Remensis, & Pisanus cap. 1. de officiis delig. lib. 6. **E**t primus habet iuris in Regulares & alios exemptiones, non autem nati. Ita Abbas incap. 1. de off. leg. in v. universos, ex c. si Abbatem, de elect. in 6. &c. cap. 1. de verb. signif. part. tractat. 2. resolutione 17. Aulegatus Papæ habeat iurisdictionem in Inquisitores, vide V. Inquisitorum, num. 38.

LEX QVID ET  
QVOTPLEX.

**L**EX describi potest, rationis *Lex quid?* Ordinatio, homini, quid agendum quidve non agendum sit, ostendens, in commune bonum insti-tuta.

**E**st duplicitis generis. Alia enim est *Lex alia* divina, alia humana. Illa est, quæ immo-*divina*, a-diatè à Deo instituta est: haec, quæ ab illa huma-na.

**R**ursus lex divina alia est *natura*. Et *divina* lis, alia positiva. Illa est, quæ rationi alia natu-humana insculpta est, & à ratione di-*ralis*, alia statut, qualia sunt *Præcepta Decalogi, positiva*. Hæc quæ non nisi per revelationem in-notescit, cuiusmodi in lege Evangelica sunt *præcepta Sacramentorum, & fidei*.

**H**umana autem lex veleat Eccle. *Humana* siastica seu canonica, vel sacerdotalis, seu *alia cano-civilis*. Illa est, quæ à Papa, Concilio, E-nica, alia piscopo, vel alio Prælato Ecclesiastico civilis. procedit. Hæc, quæ ab Imperatore, Rege, Republica, &c.

## LEX QVOS OBLIGET.

**N**on omnis lex obligat ad ob-servantiam illius, nisi alias *Lex non ob-ligat nisi habeat conditiones*.

**P**rima conditio est, ut lata sit à le-gislatore potestate habente, ex cuius conditionis defactu. **L**egislator non tenetur servare suas leges, quia non ha-bet potestatem in seipsum. Intellige de suas leges, obligatione coercitiva: nam ad eas, quæ nisi directe ex quo obligant omnes, ut sunt, vē, & ob-quæ taxant pretia rerum, &c. tenetur ligatione vi directiva, eo quia lex naturalis præ-cipit, caput cum suis membris con-formari. Ita Granado in 1. 2. contr. 7. tractat. 3. part. 2. disput. 17. sect. 3. num. 24. Qui putat, legislatorem dictas leges frangentem peccare mortaliter. Sed e-

Dddd 2 go